



BOLETÍN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE XIII

EPISTOLA ENCYCLICA

DE SANCTISSIMA EVCHARISTIA

(Conclusión) (1)

Et uberrimam quidem salutis copiam non singulis modo sed universis hominibus paratam hoc habet augustissimum mysterium, ut est Sacrificium: ab Ecclesia propterea *pro totius mundi salute* assidue offerri solitum. Cuius sacrificii, communibus piorum studiis, fieri ampliorem cum existimatione cultum addecet; hac aetate vel maxime, oportet. Itaque multiplices ipsius virtutes sive latius cognosci sive attentius recoli velimus.—Principia lumine ipso naturae perspicua alii sunt: supremum esse absolutumque in homines, privatim pu-

(1) Véase el número anterior.

blíce, Dei creatoris et conservatoris imperium; quidquid sumus quidquid privatim publiceque habemus boni, id omne a divina largitate profectum: vicissimque a nobis Deo testandam et summam, ut Domino reverentiam, et maximam, ut beneficentissimo, gratiam. Haec tamen officia quotusquisque hodie invenitur, qui qua par est religione colat et observet! Contumaces in Deum spiritus haec, si unquam alia, prae se fert aetas: in qua rursus invalescit adversus Christum ea vox nefaria: *Nolumus hunc regnare super nos* (1), nefariumque propositum, *Eradamus eum* (2); nec sane quidquam tam vehementi impetu complures urgent, quam ut ex civili atque adeo ex humana omni consortione pulsum segregent Deum. Quo consceleratae dementiae quamquam usquequaque non proceditur, miserabile tamen est quam multos teneat divinae Maiestatis beneficiorumque eius, partae praesertim a Christo salutis, oblivio. Iamvero hanc tantam vel nequitiam vel sordiam sarcinat oportet auctior communis pietatis ardor in cultu Sacrificii eucharistici; quo nihil Deo esse honorabilius nihil iucundius potest. Nam divina est, quae immolatur hostia; per ipsam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas eius immensa postulat; infinitum quoque et pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum; eo fit ut benignitati eius non modo agamus gratiam, sed plane referamus.—Duplicemque alium ex tanto sacrificio insignem fructum licet et necesse est colligere. Maeret animus reputando, quae flagitiorum colluvies, neglecto, ut diximus, contemptoque Dei numine, usquequaque inundaverit. Omnino humanum genus magnam partem videtur caelestem iram devocare: quamquam ipsa illa quae insidet, malorum rerum seges, continet iustae animadversionis maturitatem. Excitanda igitur in hoc etiam pia fidelium contentio, ut et vindicem scelerum placare Deum, et auxiliorum ejus oportunitatem calamitoso saeculo conciliare studeant. Haec

(1) Luc. XIX, 14.

(2) Ier. XI, 19.

autem videant maxime huius ope Sacrificii esse quaerenda. Nam divinae tum iustitiae rationibus satis comulateque facere, tum clementiae large impetrare munera possunt homines sola obitae a Christo mortis virtute. Sed hanc ipsam virtutem sive ad expiandum, sive ad exorandum voluit Christus integram permanere in Eucharistia, quae mortis ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratio, sed vera et mirabilis quamquam incruenta et mystica, renovatio est.

Ceterum, non mediocri Nos laetitia afficimur, libet enim profiteri, quod proximis hisce annis fidelium animi ad amorem atque obsequium erga Eucharistiae Sacramentum renovari coepisse videantur; quod quidem in spem Nos erigit temporum rerumque meliorum. Multa enim id genus et varia, ut initio diximus, sollers induxit pietas, sodalitates praesertim vel eucharisticorum rituum splendori amplificando, vel Sacramento augusto dies noctesque assidue venerando, vel illatis eidem contumeliis iniuriisque sarciendis.

In his tamen acquiescere, Venerabiles Fratres, neque Nobis licet neque vobis; etenim multo plura vel provehenda restant vel suscipienda, ut munus hoc omnium divinissimum apud eos ipsos, qui christianae religionis colunt officia, ampliore in luce atque honore versetur, tantumque mysterium quam dignissima veneratione colatur. Quapropter suscepta opera acrius in dies urgenda; prisca instituta, sicubi exoleverint, revocanda, ut sodalitia, eucharistica, supplicationes Sacramento augusto ad adorandum proposito, sollemnes eius circumductae pompae, piae ad divina tabernacula salutationes, alia eiusdem generis et sancta et saluberrima, omnia praeterea aggredienda, quae prudentia et pietas ad rem suadeat. Sed in eo praecipue est elaborandum, ut frequens Eucharistiae usus apud catholicas gentes late reviviscat. In moent nascentis Ecclesiae, quae supra memoravimus, exempla, id Conciliorum decreta, id auctoritas Patrum et sanctissimorum ex omni aetate virorum; ut enim corpus, ita animus cibo saepe indiget suo; alimoniam autem maxime

vitalem praebet sacrosancta Eucharistia. Itaque praeiudicatae adversantium opiniones, inanes multorum timores, speciosae abstinendi causae penitus tollendae; ea enim agitur res, qua nihil fideli populo utilius tum ad redimendum tempus e sollicitis rerum mortalium curis, tum ad christianos revocandos spiritus constanterque retinendos. Huc sane magno erunt momento praestantiorum ordinum hortationes et exempla, maximo autem cleri navitas et industria. Sacerdotes enim, quibus Christus Redemptor Corporis et Sanguinis sui mysteria conficiendi ac dispensandi tradidit munus, nihil profecto melius pro summo accepto honore queant rependere, quam ut Ipsius eucharisticam gloriam omni ope provehant, optatisque sacratissimi Cordis eius obsequendo, animos hominum ad salutiferos tanti Sacramenti Sacrificii fontes invitent ac pertrahant.

Ita fiat, quod vehementer cupimus, ut praecellentes Eucharistiae fructus quotidie uberiores proveniant, fide, spe, caritate, omni denique christiana virtute, feliciter accrescente; idque in sanationem atque emolumentum rei quoque publicae: fiat, ut providentissimae Dei caritatis magis magisque eluceant consilia, qui tale mysterium *pro mundi vita* constituit perpetuum.

Quarum Nos rerum erecti spe, Venerabiles Fratres, auspicem munerum divinorum caritatisque Nostrae testem, Apostolicam benedictionem et singulis vobis et vestro cuiusque clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxviii Maii, in praeludio sollemnitatis Corporis Christi, anno mdcccclii, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

LEO PP. XIII.

CARTA DE FELICITACIÓN

QUE LOS PRELADOS REUNIDOS EN MADRID HAN DIRIGIDO AL SANTO
PADRE CON MOTIVO DE SU JUBILEO PONTIFICIO

Beatísimo Padre:

Los Cardenales, Arzobispos y Obispos reunidos en esta Corte para asistir á los actos religiosos con que se ha solemnizado la entrada en la mayor edad de S. M. el Rey don Alfonso XIII (q. D. g.), aprovechan esta ocasión para felicitar de nuevo á Vuestra Santidad con motivo de su Jubileo pontifical.

Por inescrutables designios de la amorosa providencia de Dios para con su Iglesia, os halláis, Beatísimo Padre, en el año XXV de Vuestro glorioso Pontificado, y como Pastor de los Pastores, continuáis apacentando la grey de Cristo con la palabra de la verdad y de la vida, con el ejemplo de una fortaleza invicta y con el impulso de una caridad inagotable.

Con profunda veneración ponemos sobre nuestras cabezas vuestra última *Carta Apostólica*, y con la más rendida obediencia cumpliremos cuanto nos encarga Vuestra Santidad en tan precioso documento. Os pedimos, Beatísimo Padre, las normas y reglas de conducta que necesitamos para organizár y desarrollar la acción católica en España. Dignáos, Beatísimo Padre, recibir con benevolencia la expresión sincera de nuestra inquebrantable adhesión á la Cátedra de San Pedro y á Vuestra Sagrada Persona.

Madrid 20 de Mayo de 1902. — *Ciriaco*, Cardenal Sancha, Arzobispo de Toledo. — *Salvador*, Cardenal Casañas, Obispo de Barcelona. — *José*, Cardenal Martín de Herrera, Arzobispo de Compostela. — *José María*, Arzobispo de Valladolid. — *Tomás*, Arzobispo de Tarragona. — *Gregorio*, Arzobispo de Burgos. — *Marcelo*, Arzobispo de Sevilla. — *Juan*, Arzobispo de Zaragoza. — *Fr. Ramón*, Obispo de Oviedo. — *Ramón*, Obispo de Vitoria. — *Fr. Tomás*, Obispo de Salamanca. —

Juan, Obispo de Málaga.—*Fr. José*, Obispo de Pamplona.—*Jaime*, Obispo de Sión.—*Enrique*, Obispo de Palencia.—*Victoriano*, Obispo de Madrid-Alcalá.—*Vicente*, Obispo de Astorga.—*Benito*, Obispo de Lugo.—*Ramón*, Obispo de Badajoz.—*Fr. Toribio*, Obispo de Sigüenza.—*Pedro*, Obispo de Tortosa.—*Ramón*, Obispo de Coria.—*Salvador*, Obispo de Jaén.—*Juan*, Obispo de Claudiópolis, Administrador Apostólico de Barbastro.—*Joaquín*, Obispo de Avila.—*Fr. Francisco*, Obispo de Jaca.—*Manuel*, Obispo de Segorbe.—*Wenceslao*, Obispo de Cuenca.—*José*, Obispo de Segovia.—*José*, Obispo de Tarazona.—*Juan*, Obispo de Ermópolis, Administrador Apostólico de Solsona.

CONTESTACIÓN DE SU SANTIDAD

AL MENSAJE QUE LE DIRIGIERON LOS OBISPOS

CONGREGADOS EN MADRID CON MOTIVO DE LA JURA DEL REY

Dilectis filiis Nostris Cyriaco Mariae tit. S. Petri in Monte Aureo, S. R. E. Presb. Card. Sancha y Hervás, Archiep. Toletanorum, Salvatori tit. SS. Quirici et Julittae S. R. E. Presb. Card. Casañas y Paçés, Episcopo Barcinonensium, Josepho Mariae. tit. S. Mariae Transpontine, S. R. E. Presb. Card. de Herrera y de la Iglesia, Archiep. Compostellanorum ceterisque venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis Hispaniarum qui nuper Matritum conveniunt.

LEO PP. XIII

Dilecti Filii Nostri et Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem.—Et gratum sane et jucundum officium Nobis accidit vestrae pietatis, quum, congregatis vobis in urbe Matritensi, habita illic solemnia, nullo alio existimatis concludi posse exitu digniore, quam ut ad Apostolicam Sedem cogitatione ac studio advolaretis, eidemque singularem venerationem subiectionemque testaremini. Sensibus

cum amore prolatis paratisque ad agendum et ad obsequendum animis magno opere sumus delectati; nec vero perceptam inde voluptatem non apertam vobis patefactamque voluimus, quos erat consentaneum merite laudis ornamento decorare. At erecto ob eam rem recreatoque animo haud levem inicit curam ecclesiae apud vos status, cuius fortunam multiplici premente discrimine, vehementer, pro benevolentia Nostra, dolemus. Itaque repugnare vobis omnique virium voluntatumque contentione obsistere opus omnino est: neque enim pati illud debetis ut a quibus impensior est expectanda ac petenda vigilantia, eorum remissior appareat demandati gregis defensio. Quapropter excitanda in hoc est, quemadmodum firma Nobis expectatione portenditur, Episcoporum praecipue navitas atque industria, inanique impiorum hominum conatui objiciatur oportet studium tuendae provehendaeque Religionis. Quam ad rem plurimum sane utilitatis accessurum censemus si, ad conferenda cuiusque vestrum consilia dissipatasque vires colligendas, in episcopales coetus persaepe vos frequentesque conveniatis. Est nimirum hoc Nobis in voto, nihilque a vobis ardentius exoptamus quam ut non solum pro sua quisque dioecesi ac virtute decertatis, sed etiam unitatem conferatis sententias ac robur, factoque quasi agmine; in communes inimicos communi ausu et constantia nitamini. Ceterum, quas Nobis polliciti estis voluntates plane obtemperantes, has habemus jam pridem cognitae. Animum igitur Nostrum non tenuis confirmat spes fore ut ea perficiatis alacres quae spectari a Nobis intellexistis. Percipientur profecto lectissimi e concordia vestra fructus, eruntque sociatae vires magnae victoriae indicium. Deus autem qui fidei Nos vinculo conjunxit, adferat vobis opem eamque devocet uberem Benedictio Nostra Apostolica, quam unicuique vestrum itemque fidelibus vigilantiae vestrae concredit peramanter in Domino impertimur.

Datum Romae apud S. Petrum die V Junii anno MCMII, Pontificatus Nostri vicésimo quinto.

LEO PP. XIII.

TEXTO CASTELLANO

LEON PAPA XIII

Amados Hijos Nuestros y Venerables Hermanos, salud y bendición apostólica.

Ha llegado á Nós el grato y lisonjero testimonio de vuestra piedad, cuando, reunidos en Madrid, después de las solemnidades allí celebradas, juzgásteis que no podíais concluir las de una manera más digna que volando con el pensamiento y con el deseo á la Sede Apostólica, y dándole testimonio de vuestra singular veneración y sumisión.

En gran manera Nos hemos deleitado al ver á vuestras almas dispuestas y preparadas para obrar y obedecer con amor, y no queremos en modo alguno dejaros de comunicar y manifestar el placer que de ello hemos recibido, ya que era muy conveniente premiaros con el ornamento de la merecida alabanza; pero después de alentado y recreado nuestro ánimo con este testimonio, sobrecógenos no leve preocupación por el estado de la Iglesia entre vosotros, cuya suerte, rodeada de múltiples peligros, deploramos vehementemente, según nuestra benevolencia.

Y así, es necesario que os opongáis y resistáis vosotros con todo el empuje de vuestras fuerzas y de vuestras voluntades; y no debéis sufrir que aparezca más remisa la defensa del rebaño que les es confiado, precisamente en aquellos de quienes había derecho á esperar y pedir una vigilancia más intensa.

Por lo cual debe excitarse, en esto principalmente, el cuidado y el celo de los Obispos, según firmemente esperamos; y conviene que se oponga al vano propósito de los impíos el anhelo para defender y amparar á la Religión. A cuyo propósito juzgamos que ha de ser muy útil reuniros frecuentemente en Congresos episcopales para comunicaros vuestros consejos y para reunir las fuerzas dispersas. Nós

deseamos, y nada os pedimos con mayor anhelo, que no solamente cada cual de vosotros disponga y luche en su propia diócesis, sino que déis unidad y fuerza á vuestras disposiciones, y reunidos como en un escuadrón peleéis con ardimiento y perseverancia común contra los enemigos comunes.

Por lo demás, de antemano conocíamos esas voluntades vuestras que Nos prometéis plenamente obedientes á nuestro consejo. Y confirma nuestra alma una gran esperanza de que llevéis á cabo con valor lo que entendíais poder esperar de Nuestra iniciativa. Porque de vuestra concordia saldrán frutos muy escogidos, y las fuerzas reunidas serán indicio de la gran victoria. Y Dios, que nos unió con el vínculo de la fe en vuestro auxilio; y sirva para alcanzároslo abundante nuestra bendición apostólica que concedemos amantísimamente en el Señor á cada uno de vosotros y á los fieles encomendados á vuestra vigilancia.

Dado en Roma, junto á San Pedro, el día 5 de Junio de 1902, año vigésimo quinto de nuestro Pontificado.

ALOCUCIÓN PRONUNCIADA POR SU SANTIDAD

EN EL CONSISTORIO CELEBRADO EL 9 DE JUNIO ULTIMO

Venerables Hermanos:

El tiempo corre para Nós mezclando consuelos oportunos con grandes cuidados. Porque si de una parte estamos cercados de trabajos y solicitudes, en cambio, la prolongación tan desusada del Sumo Pontificado que nos es concedida en esta última senectud, no sólo es testimonio cierto, sino prenda también de patrocinio y defensa celestial. Insigne sobremanera y memorable beneficio, por el cual es tanto mayor la gracia que se debe á Dios, providentísimo autor de él, cuanto que siendo aquél una cosa privada, ha querido el Señor que vaya en cierto modo unida con el honor de su

nombre. ¿Qué otra cosa significan á la verdad estas efusivas manifestaciones de amor y reverencia con que se nos viene felicitando y saludando de todas las partes del mundo católico desde hace ya cuatro meses?

A cosa más alta que Nuestra persona privada mira todo esto. Cierro los de acá adentro y los que vienen de fuera: contienden entre sí en obsequiar á Nuestra persona, mas teniendo los ojos fijos en la potestad que tenemos delegada de Jesucristo: esta potestad es lo que principalmente miran, y á la cual rinden humildemente amor y veneración. Así, lo que en estas demostraciones, así privadas como públicas, enteramente nos deleita, es esa especial del ánimo, digna de alabanza y aprobación, más quizá en estos tiempos que en otro alguno. Porque, cuando se muestran tan pujantes los malos ejemplos, y de tan perniciosas artes se valen los enemigos de la religión para combatirla, no es cosa de poco valor profesar á la faz del mundo la fe cristiana y demostrar ingénua y libremente la devoción á la Santa Sede: bien se puede sacar de aquí la esperanza y aun el feliz anuncio de un porvenir más risueño en orden á la salud.

Pero entre estas cosas de fausta y alegre memoria, acude de otra parte al ánimo, y viniendo de cerca á afligirle, la imagen de cosas sobremanera enojosas. No os será difícil entender á dónde van Nuestras palabras. Cercado el Sumo Pontífice de dificultades de varios géneros, y todas ellas ásperas, ya otras muchas veces, en este mismo lugar, las hemos oportunamente lamentado. Hoy denunciamos un mal que va creciendo sin intermisión de día en día, y en el que no puede pensarse sin la más honda amargura, supuesto que en él corre peligro la salud eterna de muchas almas, á saber: las múltiples ofensas que en esta ciudad se vienen infringiendo y es de temer que se infieran á la pública piedad. Tocamos á un punto ya hartamente conocido.

En esta Sede principal, alcázar del nombre católico, dispuesto y establecido por Dios, vemos desencadenarse cada vez más, é impunemente, las más horribles codicias, y ve-

mos al mismo tiempo que aquellos que tienen el más alto grado en la República, están vencidos de tedio y olvido de las costumbres é instituciones cristianas. De aquí que pensando en alcanzar algo grande, vienen á caer en las miserias del hombre viejo, derribado por la gracia de la redención, y lo que también se echa de ver por no pocas ni dudosas señales, eso lo desean ya con ansia, y cuanto es de su parte se esfuerzan á formar de nuevo el genio y la índole de esta ciudad; de suerte que obscureciéndose en ella poco ó poco la forma cristiana, se vuelva á los ritos y costumbres del paganismo. Dios óptimo máximo protegerá á su ciudad de este vitando mal; pero entretanto la fe divina que fué transmitida al pueblo romano, y cuya incolumidad permaneció firme á costa de tantos trabajos y de tan copiosa sangre, queda hecha diariamente juguete de cualquiera que descuelle en la maldad.

Aquí, casi ante Nuestros ojos, corre libre el contagio de la herética pravedad; aquí las más desenfrenadas reuniones populares, vociferando contra los dogmas más augustos; aquí la audacia de los diarios impíos engriéndose sin género alguno de pudor. En los teatros, en las escuelas, por plazas y por calles, donde quiera que pongáis los piés, veréis preparados los peligros, tendidos á la piedad popular é impunes las ofensas á lo que hay de más santo. Y esto después de haberse prometido el respeto debido á la religión, y que ésta sería salva, mandando ellos en la ciudad. En tan crítico estado de cosas, no hay quien deje de ver que nada fué jamás tan funesto como dormirse los ánimos en medio del peligro.

Hemos conocido ciertamente la ciudad romana, y no se nos oculta que muchos vigilan y que abominan de las cosas profanas y no se apartan fácilmente de la religión heredada de sus antepasados. Pero no hay vigilancia en estos tiempos ni fortaleza alguna, por grandes que sean, que no convenga que sean mayores á vista de lo inminente del peligro. Por lo que á Nos toca, esto principalmente hacemos, y sobre esto está en vela gran parte de Nuestros cuidados y esfuerzos, en

mirar religiosísimamente porque el Sumo bien, que es la sabiduría católica, sea conservado incólume en el pueblo romano. Y sabemos ciertamente, que en negocio de tanta trascendencia en ningún tiempo han de faltarnos, Venerables Hermanos, ni vuestro consejo y prudencia ni el celo y las obras del clero. Confiemos sobre todo en la bondad y protección de Dios omnipotente, que desde la eternidad eligió esta santa ciudad, á la que, y solo á ella, entre todas las demás, confió dones tan excelsos y saludables.

EX S. C. NEGOTIIS ECCLESIASTICIS EXTRAORDINARIIS PRÆPOSITA

DECLARATIONES AUTENTICÆ

Super dubiis propositis a nonnullis Americae Latinae Episcopis circa interpretationem quorundam decretorum Concilii plenarii ejusdem Americae (1).

Ex audientia Sanctissimi

Die 5 Novembris 1901.

I. Per decretum Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae, datum die 1 Januarii anno 1900, extensa fuit ad Americam Latinam declaratio S. C. Concilii, edita pro Hispania die 31 Januarii 1880 sub hac formula:—Sponsalia que contrahuntur in regionibus nostris, absque publica scriptura, invalida esse, et publicam scripturam supplere non posse informationem matrimonialem...

Circa primam partem hujus declarationis non est una Doctorum sententia; plerique enim asserunt invaliditatem hujusmodi sponsalium respicere utrumque forum, tam exter-

(1) Publicamos estas declaraciones, primero por tratarse de la América Latina, de tan glorioso recuerdo para la Iglesia española, y en sagrado lugar, porque por la primera declaración la Santa Sede ha confirmado de una manera solemne la sentencia de aquellos Doctores que sostenían que en España los esponsales contraídos sin escritura pública son *invalidos* no solamente *in foro externo sed etiam in foro interno*.

num quam internum; nonnulli vero tenent invaliditatem non posse sustineri pro foro interno, dummodo certo constet de deliberato consensu utriusque contrahentis. Suntne invalida praedicta sponsalia absque publica scriptura, etiam in foro interno?

R.— *Affirmative, seu esse invalida etiam in foro interno.*

II. Sub num. 231 decretorum Concilii in medio sic habetur: "Illi autem, quorum res agitur, a capitulo recedant, nec nisi re peracta revocentur; suffragia vero secreta ferantur, que nisi ultra dimidium in rem propositam convenerint, nihil actum ea de re in Capitulo censeatur., In hoc decreto dubium exortum est circa modum ferendi suffragia; sciscitatur enim num suffragia debeant esse secreta in omni re quae proponitur in Capitulo, vel tantum in aliquibus negotiis, et in hoc casu, quibus in negotiis?

R.— "Suffragia debere esse secreta saltem in omnibus negotiis majoris momenti, ad normam Const. Alejandri VII *Pro commissa* diei 3 Aprilis 1657; item quoties agitur de negotiis alicujus Canonici; imo etiamsi res proposita minoris momenti judicetur, quoties discordia vel controversia exoriatu inter capitulares.,

III. Sub decreto n. 370 praescribitur: "SS. Sacramentum asservandum est in omnibus Ecclesiis parochialibus, etiam ruralibus, et in Ecclesiis Regularium tam virorum quam monialium, in aliis autem ecclesiis, sacellis et oratoriis, non licet, absque speciali indulto Sedis Apostolicae., Jamvero ex injuria legum civilium in nonnullis Americae Latinae regionibus moniales usum amiserunt proprii coenobii et adnexae Ecclesiae; viri autem regulares, amisso pariter usu proprii coenobii, ecclesias suas administrare valent vel non, juxta condiciones personarum et locorum. Quid igitur tenendum est in hisce circumstantiis circa jus asservandi SS. Sacramentum?

R.— "Quoad ipsos viros regulares et quoad moniales votorum solemnium, provisum per declarationes S. Poenitentiariae 18 Aprilis 1867, 12 Septembris 1872 et S. C. Concilii, 8

Januarii 1867. Quoad ipsas Ecclesias regulares seu conventuales, actu ab ipsis regularibus haud administratas, providebitur in responsione ad 5 dubium,,.

IV. Decretum n. 505 loquens ac patrinis, sic se habet: "Ad munus patrini in hoc sacramento (Baptismi) admitti nequeunt qui in civili tantum, ut dicunt, matrimonio vivunt, ac publice excommunicati aut interdicti, nisi....". Cum in hoc decreto de publice criminosis et infamibus nulla fiat mentio, dubitatur num intelligendum sit absque aliarum juris communis prohibitionum praejudicio, vel potius ratione circumstantiarum habendum sit tanquam harum temperamentum, ita ut in America Latina non sint aliae prohibitiones praeter illas quae in memorato decreto continentur?

R.—"Concilium plerarium in art. 505 casus respicere majoris momenti seu difficilioris solutionis, ideoque affirmative ad primam partem, negative ad secundam,,.

V. Utrum legitima haberi possit consuetudo in pluribus Americae Latinae dioecesibus vigens asservandi, absque speciali privilegio seu indulto apostolico, SS. Sacramentum in Ecclesiis, quae a) non sunt parochiales aut quasi parochiales; b) neque actu a regularibus administrantur, quamvis ad regulares civiliter suppressos de jure pertineant; c) neque actu monialibus votorum solemnium addictae sunt, quia moniales proprio monasterio per civilem suppressionem privatae sunt.

Et quid de asservatione SS. Sacramenti in Ecclesiis et oratoriis virorum vel sororum vota simplicia tantum emitentium, in quibus hucusque SS. Sacramentum asservatum fuit absque speciali Indulto S. Sedis, generatim concesso omnibus Ecclesiis seu oratoriis ejusdem Instituti vel singulis piis domibus?

R.—"Negative in omnibus, et recurrendum ad S. Sedem in singulis casibus; salvis peculiaribus indultis Apostolicis ordinario vel aliter concessis,,.

VI. Utrum valida censi possit in America Latina collatio Decanatus et aliorum beneficiorum Ecclesiarum Ca-

thedralium vel collegiatarum Apostolicae reservationi sub-
jectorum, ab Ordinariis absque speciali S. Sedis indulto pe-
rfecta, in dioecesibus uti per Conventiones S. Sedis cum civi-
libus guberniis vel aliter ex alia speciali Romani Pontificis
concessione juri communi haud derogatum est?

R. "Negative, nisi habeatur speciale, authenticum et in-
dubium indultum S. Sedis; quod proinde non praesumendum
est, sed certo probandum, et in ipso instrumento collationis
beneficii expressis verbis ad memoriam revocandum.,.

VII. Utrum, firmis remanentibus praescriptionibus arti-
cul. 758 et 799 Concilii Plenarii Americae Latinae, Ordina-
rii tolerare vel prudenter approbare possint recreationes,
conventus, nundinas aliaque christianae beneficentiae media
ad eleemosynas pro pauperibus aliisque piis operibus colli-
gendas quae a piis praesertim laicis promoveri et fieri so-
lent?

R.—"Ordinarii eos tantum christianae beneficentiae con-
ventus tolerare, et prudenter tamen, si opus fuerit, promo-
vere poterunt, qui tales honestatis et charitatis seu pietatis
conditiones habent, ut praesentia Sacerdotum in iisdem
conventibus neque Ecclesiae sanctionibus neque ex circums-
tantibus regionis prohibita, imprudens, aut inopportuna dici
possit. De qua re soli ordinarii judicare poterunt, prae ocu-
lis habitis decretis Concilii Plenarii Baltimorensis III, tit. IX
cap. V.,.

Datum Romae, e Secretaria ejusdem S. Congregationis,
die, mense et anno praedictis.

† PETRUS, *Archiepisc. Caesarien.*

*S. C. Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae
Secretarius.*



EX S. CONGREGATIONE RITUUM

BREVE CONCEDIENDO INDULGENCIAS

AL ROSARIO DEL ESPÍRITU SANTO

LEO PP. XIII

Ad perpetuam rei memoriam. Cum dilectus filius Noster Josephus Calasancius S. R. E. Diaconus Cardinalis Vives y Tuto, nomine etiam hodierni Praepositi Generalis Ordinis Minorum Capulatorum atque universi Ordinis ipsius, enixas Nobis preces humiliter adhibuerit, ut fidelibus pie recitantibus Coronam Spiritus Sancti a SS. Rituum Congregatione approbatam, nonnullas indulgentias largiri de Ntra. benignitate velimus: Nos ut tam irugifera exercitatio uberiori cum animarum fructu fiat, atque erga Paraclitum plebis christianaе obsequium amplificetur, votis hujusmodi annuendum existimavimus. Quare de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus ac singulis utriusque sexus christifidelibus ubique terrarum existentibus pie ac saltem contrito corde quovis anni die recitantibus privatim sive publice dictam Coronam Spiritus Sancti quocumque idiomate, dummodo versio fidelis sit juxta exemplar quod lingua latina exaratum in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari jussimus, in forma Ecclesiae solita de poenitentium numero septem annos totidemque quadragenas expungimus. Iis vero qui dictam Coronam habitualiter recitent ac die festo Pentecostes vel uno ad cuiusque libitum eligendo intra ejusdem festi octiduum die admissorum confessione expiati ac coelestibus epulis refecti quamlibet Ecclesiam vel publicum oratorium ubique terrarum situm visitent ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effun-

dant, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Dno. concedimus. Tandem largimur fidelibus ipsis liceat si malint plenaria ac partialibus hisce indulgentiis vita functorum labes poenasque expiare: non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem; etc.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIV Martii MCMII, Pontificatus Nostri Anno vigesimo quinto.—*Alois. Card. Macchi.*

Praesentium litterarum authenticum exemplar transmissum fuit ad hanc Secretariam S. Congr. Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae. In quorum fidem, etc.

Datum Romae ex eadem Secria, die 8 Aprilis 1902.—*Franciscus Sogaro, Archiep. Amiden., Secrius.*

ROSARIO DEL ESPÍRITU SANTO

En el nombre del Padre, etc.

Breve acto de contrición.—Me pesa, Señor, de haberos ofendido, por ser Vos tan bueno, propongo con vuestra gracia de no ofenderos más.

Himno.—Veni Creator Spiritus, etc.

ŷ. Emitte Spiritum tuum, etc.

ñ. Et renovabis, etc.

Oración.—Deus qui corda fidelium, etc.

I. *Primer misterio.*—Jesús fué concebido por María por obra y gracia del Espíritu Santo.

Meditación.—El Espíritu Santo vendrá sobre tí, y te hará sombra la virtud del Altísimo. Y por eso lo Santo que nacerá de tí será llamado Hijo de Dios (Luc., I, 35).
